

“charitatis intrinsecus apposuisti cogitare super nos cogitati-
 “ones pacis & redemtionis. Et quidem cum essem Filius D E I,
 “D E U S verus, D E O Patri sanctoque Spiritui coæternus &
 “consubstantialis, lucem habitans inaccessibilem , portansq;
 “omnia verbo virtutis tuæ, non despexisti in hoc nostræ mor-
 “tautatis ergastulum altitudinem tuam inclinare, ubi nostram
 “& gustares & absorberes miseriam , nosq; reparares ad glori-
 am..

Maledicti meritò & diceremur & essemus , si neque *maje-*
ras hujus *miraculi* , neque *pietas* tanti *beneficij* nos confringeret:
 stolidi planè ac insipidi, si agnum *lupo* , aurum *luto* (*& hæc est*
Paronomasia Bernhardina l. c.) postposuerimus, nempe Diabo-
 lum *perditorem* pro C H R I S T O *Salvatore* , futuri sæculi gloriam
 pro hujus mundi inani vanitate elegerimus.

Quia ergo ante multos annos C H R I S T I produximus
Vincula, jam ejusdem proponimus *Flagella*, qualia ea fuerint, &
 quid hodiè nos moneant aut spei concipere jubeant. Idque
 facient Tres nostri Discipuli.

ANDREAS ABRAHAM LAURENTI Senftenb.

MICHAEL STEPHANI Lœbaviensis

JOHANNES GEORGIUS Förstel Senftenbergens.
 qui etiam Odam Germanicam, qua totam Passionis Domini-
 cæ historiam breviter complexus est , annexet. Hi humi-
 limâ prece â Vobis , Honoratissimi Patroni , Amici bene-
 volentissimi , contendunt , ut solitæ hactenus præsentiae fa-
 vore ipsos affletis , ego quoque , si quid rogationem meam
 valere debere existumetis , operosiùs aliquanto & officiosius
 rogatum venire volui. D E U S Vos & nos omnes â *flagellis* qui-
 buscumq; & *temporalibus* & *infernalibus* custodiat clementissime!

P. P. BUDISSÆ mense Martio labente anni M D C LXXXVII.